

EPISTOLAE VIVIS.

Viues Baretto suo S.

NB

Amico et
familiaris

SI Barettum meum nō nossem, sus-
picarer me illi excidisse: quia non
scribit. Nūc verò de tā cognito atque
explorato amico tantūm metuo, ne
quid aliter agat, quām velit. Quia iā
pridem de illo nihil audio: est enim
amor mirè meticulosus. Tu ergo scri-
be, non quo amorem augeas, qui ad
summa est progressus, sed quo timorē
adimas, qui amorem vel sectatur, vel
obsidet. Vale.

Viues P. Maluendae S.

Non fert coniunctio nostrorum
animorum silentium tam diu-
turnū. Ad quos enim scribemus, si in-
ter nos non scribimus? Sed mihi silen-
tium hoc indixit capit is grauedo, &
oculorum dolor tota hac æstate con-
tinuus. Tibi verò, ut puto, rixosa ista
theologia, quate armas in solem nūc,
aliquando & in harenam proditurus

¶